



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

8. Vnusquisque à proprio Episcopo, aut alio, sed de proprij licentia, & testimonio, sub qua p[o]ena ordinandus ad cathedralem Ecclesiam, aut ex diœcesi inuentam conuenientiore[m] statis à iure ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

ad primum per lineam sceminam, vel an sit filius ancilla, & sit seruus. Cened. ad Decretal. coll. 77. num. 2. vbi dicit quod particula *genus*, de qua in presenti, proprie idem significat quod legitimus, vel liber, non autem refertur ad descendentes ex genere Hebræorum, vt multi opinati sunt, refero Ego ipse d. alleg. 10. num. 5. & nouissimè D. Roderic. à Cunha vbi supra num. 6. Hieron. Roderic. in compendio quest. regular. resol. 52. num. 22. nouissimè Laurent. de Franchis de controuersis inter Episcopos. & Regulares pag. 78. vers. ad 14. vbi aduertit Concilium Catholicum non induxisse circa hoc nouum Ordinis impedimentum, sed dumtaxat quæ antiquo Iure statuta erant, seruari ad vnguem præcepisse.

6. Ideo non esse illos ab ordinatione excludendos (nisi aliud Canonicum obesset impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores etiam heretici fuerint, emendatos tamen esse constat, & reincorporatos

Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ præsentiam recepit, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius insunt, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem, probat Sanch. d. cap. 28. nm. 10. cum seqq. & refert decisum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 21. l. unica num. 6.

§ Institutionem. Id est, titulum, ex Campan. in diuers. iuris canon. lib. 8. cap. 1. num. 3. vbi etiam refert munus Episcoporum esse in seruitio faciendo circa personam promouendam, præ ceteris in titulum ordinandi inquirere, refero Ego ipse d. allegat. 10. num. 13.

Episcopum non posse examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenierit; si verò idem Episcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos suspendere debere, refert decisum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 69.

Vnusquisque à proprio Episcopo, aut alio, sed de proprii licentia, & testimonio, sub graui pœna ordinandus ad cathedralem Ecclesiam, aut ex diœcesi inuentam conuenientiore statuta à iure temporibus conueniat.

C A P V T V I I I.

- 1 Ordines sacri quibus temporibus conferendi.
- 2 Consuetudine introduci non potest vt sacri Ordines extra statuta à iure tempora conferantur.
- 3 Papa solus licentiam concedit vt sacri Ordines extra quatuor tempora conferri possint.
- 4 Fratres Minores possunt extra tempora à iure statuta Dominicis, vel alis festiuis diebus sacros Ordines suscipere.
- 5 Sed non ex priuilegijs ante Concil. Trid. obtentis.
- 6 Patres Societatis Iesu ordinari possunt ad quosuis Ordines etiam maiores extra quatuor tempora.
- 7 Et Patres Congregationis S. Ioannis Euangelista Portugalia.
- 8 Tempus statutum ad sacros Ordines conferendos non est de illorum substantia.
- 9 Tempus ad conferendos Ordines minores quod sufficiat.
- 10 Festi dies in quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt debent esse de præcepto.
- 11 Prima Tonsura omni tempore etiam non festiuo potest conferri.
- 12 Ordinum sacrorum collationes in cathedrali Ecclesia publicè Episcopus celebrare debet.
- 13 Ordines minores licet Episcopo conferre in eius domo Episcopali.
- 14 Ordines minores possunt conferri sine Missa, & à non ieiuno.
- 15 Episcopus potest tripliciter sibi subditos ordinare ratione originis, vel beneficij, vel domicilij.
- 16 Episcopus originis dicitur ille, in cuius diœcesi ordinandus natus est.
- 17 Origo patris inspicitur ad Ordines suscipiendos.
- 18 Ordines accipere non potest quis per Episcopum originis suæ matris.
- 19 Ordines suscipere non potest nepos ab Episcopo loci, in quo auus natus est.
- 20 Electi à Religione an sint suspecti, & sub quo Episcopo degere debeant.
- 21 Beneficiatus potest ordinari ab Episcopo diœcesis in qua habet beneficium.
- 22 Quamuis sit exiguum.
- 23 & spectaret ad prouisionem alterius Episcopi.
- 24 & residentiam non requirat.
- 25 & beneficium non in titulum, sed in commendam maximè perpetuam habeat.
- 26 Præstimonium habens potest ordinari ab Episcopo illius diœcesis in quo illud possidet.
- 27 Beneficia plura in diuersis diœcesibus habens ab vno illarum Antistite potest ordinari.
- 28 Regularis promoueri debet ab Episcopo loci vbi degit.
- 29 Domicilium contrahens in aliquo loco, potest ordinari ab illius Antistite, quamuis in eo non longo tempore degat, dum tamen habuerit animum perpetuò ibi permanendi.
- 30 Nouitium quis possit ordinare.
- 31 Suspensionem à collatione Ordinum per annum incurrit Episcopus ordinans etiam in propria diœcesi non proprium subditum.
- 32 Episcopus ex ignorantia probabili subditum alterius sine proprii licentia ordinans suspensionem non incurrit.
- 33 Ordines vel Tonsuram conferens Ultramontano absque litteris dimissorijs non approbatis à Nuncijs suspenditur per annum à Pontificalibus.
- 34 Regulares non comprehenduntur decreto edito contra conferentes Ordines Ultramontanis absque Papa licentia.
- 35 Ordinatus à non proprio Episcopo, nec ab alio de eius licentia à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, suspensus est.
- 36 Suspensus iuxta Bullam Pij II. an possit ab Episcopo dispensari.
- 37 Bulla Pij II. non comprehendit insignitos minoribus Ordinibus.
- 38 Clericus Ultramontanus absque litteris dimissorijs sui Ordinarij ab Episcopo Italia ad Ordines promotus non potest ab eodem Ordinario absolui.

Ordinationes a sacrorum Ordinum, a Statutis à iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis presentibusque ad id Ecclesie Canonicis, publicè celebrantur, si autem in alio diocesano loco presente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper a deatur, & Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinatur. Quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis generis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur, & si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

1. **S**tatutis à iure temporibus.] Sacros Ordines in Sabbatis quatuor temporum, & in Sabbato præcedente Dominicam de Passione, ac in Sabbato sancto conferri debere, per cap. quod dicitur. Et cap. fin. 75. dist. comprobant Henric. in sum. lib. 10. cap. 12. in princip. Franc. Leon. in thesauro fori eccles. p. 1. cap. 4. num. 20. Bonacin. de Sacrament. disp. 8. q. unica punct. 6. nu. 1. vers. primo, Vgolin. de officio Episcopi cap. 26 §. 25 num. 1. vers. 3. Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 51. num. 1. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 17. a princip. me non citato aliqua ex illo loco desumpti Aloyf. Ricc. in dec. Curia Archiep. Neapol. decis. 93. part. 4.
2. Ita vt consuetudine contrarium induci non possit per c. 2. de temporib. ordinat. resoluunt Rebuff. in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis gloss. 1. num. 14. & 15. Quarant. in sum. Bullarij. verb. Ordo, vers. deuenio ad secundum, Henric. d. cap. 12. §. 2. Vgolin. d. §. 25. num. 1. in fine, Aloyf. Ricc. d. dec. 93. num. 2.
3. Nisi speciatim Summus Pontifex licentiam concederet, vt sacri Ordines extra quatuor tempora conferri possint. Rebuff. d. gloss. 1. num. 12. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 14. num. 9. Homobon. de Bonis de examine eccles. p. 1. tract. 2. cap. 1. quæst. 12. Quarant. & Vgolin. citatis locis, Ego ipse d. alleg. 17. num. 5.
4. Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegij concessis, & concedendis, fruuntur ex confirmatione Clementis VIII. & Pauli V. per suam Bullam sub dat. Roma Kal. Decembris 1609. posse extra tempora à iure statuta Dominici, vel alij festiuis diebus sacros Ordines suscipere, tenent Fr. Emman. quæst. regul. tom. 3. quæst. 23. art. 5. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 184. Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 2. cap. 1. q. 13. Portel. in dubijs Regularib. verb. Ordines sacri num. 4. Villalob. i. p. sum. tract. 11. diff. 13. num. 6. Hieron. Roder. in compendio quæst. Regular. resolut. 106. nu. 7. Anton. Diana moral. resolut. p. 3. tract. 2. resolut. 31. Marchin. de Sacrament. Ordin. tract. 1. p. 7. cap. 7. num. 1. Ego ipse d. alleg. 17. num. 6.
5. Virtute tamè aliorum priuilegiorum à Summis Pont. ante Concil. Trident. concessorum non posse Regulares tunc ab Episcopis ordinari Ordibus sacris extra tempora, resoluunt Ludouic. Miranda in manuali Prelat. tom. 1. quæst. 38. art. 4. Aloyf. Ricc. d. resolut. 93. num. 6. p. 4. Lazzana c. 14. num. 1.
6. Patres Societatis Iesu ordinari posse ad quouis Ordines etiam maiores extra prædicta tempora ex indulto Gregorij XIII. ipsis cõcesso sub dat. Tusculli 22. Septembris 1582. quod refert Piafec. in praxi Episcopi part. 1. cap. 1. num. 46. pag. 55. Vgolin. de officio Episcopi cap. 26. §. 24. nu. 2. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. par. 1. tract. 2. q. 17. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 50. num. 3. Ego ipse d. p. 2. alleg. 14. num. 12. & 13.
7. Patribus Congregationis S. Iohannis Euangelistæ Portugalie concessit Clemens VIII. per suum Breue 23. Nouembris 1596. vt possint ordinari extra tempora, & per quemcunque Episcopum tribus Dominicis, vel festiuis continuis, aut interpollatis, non seruatis interstitijs, quod se vidisse testatur Portel. d. verb. Ordines sacri num. 4. quem refert Hieron. Roderic. loco citato. Marchin. d. cap. 7. num. 3.
8. Tempus huiusmodi constitutum à iure ad conferendos Ordines non esse de substantia collationis illorum, ex gloss. in cap. ordinationis il. 1. 73. dist. resoluunt Vgolin. d. §. 25. num. 1. in princip. quem refero d. alleg. 17. num. 8.
9. Ad conferendum autem Ordines minores tempus idoneum illud idem esse quod ad maiores, & propterea quamlibet Dominicam, aut festiuam diem, per text. in

cap. de eo, de tempor ordinat. tenent Siluest. in sum. verb. Ordo 2. num. 6. Rebuff. in praxi benefic. part. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis num. 2. & 3. Vuald. in candel. aureo, tit. de sacrament. Ordinis num. 36. vers. tertia conclusio, Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 16. num. 3. Henric. d. lib. 10. cap. 12. §. 2. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 3. e. 8. q. 69. vers. item minores, me citato in hoc loco Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 184. Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 4. num. 4. Cardot. in praxi Iudicium verb. sacramentum Ordinis num. 42. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 30. tract. 1. num. 26. Marchin. d. tract. 1. p. 7. e. 5. num. 2. Bonacin. de censur. extra Bul. disp. 3. quæst. 1. puncto 3. num. 1. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 52. num. 2. Maci. de sacrament. Ordin. cap. 3. num. 4. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. cap. 8. num. 1. Antonin. Diana moral. resolut. part. 5. tract. 13. resolut. 97. in princip. Alzed. d. cap. 5. num. 21. Ego ipse d. p. 2. alleg. 11. num. 17. vbi cum Henric. loco citato, assero concedere etiam consuetudinem recepã vt feria sexta vespere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines facit conferuntur, Episcopis fas sit Ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vespere.

Hos dies festos, in quibus Episcopi minores Ordines conferre possunt, debere esse de præcepto, tenet Vuald. d. tit. de sacram. Ordinis num. 35. vers. tertia conclusio, quem refero d. alleg. 11. num. 21. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 11. diff. 13. num. 4. Ferentil. ad Bural. decis. 758. num. 14. Nald. in sum. verb. Ordo num. 15. Et sufficere si in diocesi sit solemnitas diei festi, licet vbiq; non celebretur, ex Henric. in sum. lib. 9. cap. 28. §. 1. collegi d. alleg. 11. num. 18.

Pro prima Tonfura non designari certum tempus, sed in omni etiam non festiuo posse conferri, tradunt Armill. verb. Ordo num. 7. Henric. d. lib. 10. c. 12. §. 1. Thom. Valasc. d. alleg. 4. num. 3. Emman. Sa verb. Ordo, num. 13. Alzed. d. e. 5. num. 20. Ego ipse d. alleg. 11. num. 19.

Ac in Cathedrali Ecclesia, &c.] Sacrorum Ordinum collationes in Cathedrali Ecclesia vocatis presentibus ad id Ecclesie Canonicis publicè Episcopum celebrare, debere, referunt decisum Garc. de benefic. part. 8. cap. 1. nu. 77. ad 10. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcopis, nu. 7. Piafec. in praxi Episcopi part. 1. cap. 1. num. 46. pag. 55. Vgolin. de officio Episcopi cap. 26. §. 24. nu. 2. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. par. 1. tract. 2. q. 17. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 50. num. 3. Ego ipse d. p. 2. alleg. 14. num. 12. & 13.

Licere quoque Episcopo minores Ordines in eius domo Episcopali conferre, resoluunt Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 274. Henric. d. lib. 10. cap. 11. §. 8. immo etiam in domo non Episcopali de consuetudine licere, & se non semel seruari vidisse, attestatur Campan. in diuers. iuris Canonici, rub. 6. cap. 2. num. 17. quem refero d. alleg. 11. num. 20.

Sine Missa, & à non ieiuno posse conferri minores Ordines, non autem maiores, quamuis de eorum substantia non sit, tradunt Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 466. Campan. in diuers. iuris Canonici, rub. 2. num. 36. & rub. 6. cap. 2. num. 19. Ego ipse d. part. 2. alleg. 11. num. 11. & alleg. 14. num. 15.

Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinatur.] Quis autem dicatur ad hoc propositum proprius Episcopus, tradunt Fr. Emman. quæst. regul. tom. 1. quæst. 18. art. 4. Natarr. cons. 2. num. 1. & cons. 5. nu. 6. & cons. 39. nu. 1. de temporibus Ordin. Henric. in sum. lib. 10. cap. 24. §. 1. Quarant. in summa Bullarij, verb. Ordo, Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. quæst. 46. Piafec. in praxi Episcopi part. 1. c. 1. à nu. 8. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 1. quæst. 38. art. 2. Less. de instr. lib. 2.

Galaf. in ep. 1. can. 13. c. 1. vlt. dist. c. 1. cum seq. de tẽp. ord. Conc. Carthag. 4. c. 2. Suprà sess. 14. de retor. c. 2. & 3. Hic suprà cap. 3. Conc. Carthag. 3. c. 21. Conc. Au. rel. 3. c. 15. c. 1. q. 2. g. q. 2. per tot. c. cum seq. de temp. ord. in 6.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

- lib. 2. cap. 44. dub. 19. num. 92. Marchin de sacram. Ordin. trac. 1. p. 6. c. 3. num. 17. & 18. & p. 5. c. 5. 6. 7. & 8. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. à nu. 16. Narbona l. 10. gloss. 2. num. 1. 20. tit. 1. lib. 4. noua Recopil. pag. 409. Sanch. in opus. moral. lib. 7. cap. 1. num. 22. Cardot. in praxi iudic. verb. sacramens. Ordinis num. 25. Torreblanca in practicab. iuris spirit. lib. 2. c. 13. num. 7. cum seqq. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. c. 7. num. 24. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diffie. 17. vers. obseruandum est 2. Bonacin. de Sacrament. disp. 8. quest. unica. puncto 4. à num. 8. Campan. in diuersis iuris canon. rub. 9. cap. 8. num. 8. cum seqq. Vgolin. de officio Episcopi. c. 26. §. 1. Aigid. de Coninck de Sacrament. tom. 2. disp. 10. num. 93. Narbona in l. 20. gloss. 2. num. 132. tit. 1. lib. 4. noua recopil. Aloyf. Ricc. in praxi rerum boni fori Ecclesiast. dec. 298. in 1. edit. aliàs resol. 257. in 2. edit. & in decis. curie Archiep. Neapol. p. 4. Decis. 317. Nouar. in singul. Canon. concl. 102. Alzed. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. ex n. 42. Ego ipse à part. 2. allegat. 4. per totam.
16. Episcopum originis illum dici, in cuius diocesi ordinandus natus est, tradunt Fr. Emman. Azor. summ. cap. 61. aliàs 62. num. 12. Henric. d. lib. 10. cap. 22. §. 1. Piafec. d. cap. 1. num. 9. Campan. d. cap. 8. num. 7. Homobon. de Bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 2. c. 1. q. 5. num. 1. Vgolin. d. cap. 26. §. 1. num. 3. Bonacin. d. puncto 4. num. 13. Alzed. d. cap. 5. num. 43. Marchin. d. tract. 1. part. 5. cap. 6. D. Acuña ad prime. dist. 71. num. 2. Ego ipse d. alleg. 4. num. 2. Vbi enim quis baptizatus est, inde trahere originem, & per librum baptismi illam probari posse tenent R. ebuff. in tract. de pacificis possess. num. 217. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. à num. 105. Stephan. Gratian. diu. for. tom. 1. cap. 75. à num. 16. Alphons. Narbona d. loco num. 148. cum sequentiis pag. 413.
17. Originem patris inspicere ad Ordines suscipiendos, ita ut quis ratione paternæ originis possit Ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo eius pater natus est, tenent Nauar. consil. 19. de tempor. Ordin. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verb. dimissoria. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. quest. 45. Vgolin. d. c. 26. §. 1. num. 4. Gutier. de matrim. cap. 63. num. 29. Prosper de Augustino in addit. ad quarant. in summa Bullar. verb. Ordo. vers. quoad tertium. Campan. d. cap. 8. num. 9. Aloyf. Ricc. d. resol. 257. num. 4. & d. p. 4. decis. 317. num. 2. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. num. 21. Ioan. Franc. Suarez in suo enchirid. casuum. verb. Ordo. vers. Ordinari nemo potest. Marcel. Vulpe d. cap. 7. sub num. 24. Antonin. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 148. Marchin. d. tract. 1. p. 5. c. 6. num. 1. 14. & 15. Alzedo de praeclentia Episcopalis dignitat. p. 2. cap. 5. num. 44. Ego ipse d. allegat. 4. num. 4. Sel. d. cap. 18. nu. 30. attestans sic fuisse decium in Vieteguen. 12. Augusti 1628. & 7. Aprilis 1629. dum ibi fuit dictum filium legitimum ordinari posse ab Episcopo originis paternæ. tamen si pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diocesim iam transfulerat domicilium.
18. Ordinandum non posse apud Episcopum originis sue matris Ordines accipere, nisi sit vulgo quæsitus, cuius pater ignoratur, resolunt Nauar. in sing. Canon. concl. 101. num. 10. Alzed. d. cap. 5. num. 45. Thom. Valasc. d. alleg. 5. num. 22. Marchin. d. tract. 1. part. 5. c. 6. num. 3. Marcel. Vulpe d. c. 7. num. 24. in fine. Ego ipse d. alleg. 4. num. 15.
19. Ex origine aut non dici nepotem ad Ordines suscipiendos originarium illius loci, in quo auus natus est, ex Couarr. tradunt Aloyf. Ricc. d. resol. 257. num. 5. Vgolin. d. cap. 26. §. 1. post num. 4. vers. excipitur. Nouar. d. concl. 101. n. 9. Marchin. d. tract. 1. p. 5. cap. 6. num. 2. Ego ipse d. alleg. 4. num. 13.
20. Electos a Religione ob delicta, quæ irregularitatem, aut aliam inhabilitatem nõ inducunt, super quibus Episcopus dispensare nequit, ab Episcopo diocesano diocesano originario recipi, & presbyterio ordinari posse, resolunt Nauar. consil. 9. de plate. & qual. in antiq. aliàs. conf. 84. de regular. in nouis. Vgolin. d. §. 1. num. 6. & cap. 20. §. 9. in fine. Aloyf. Ricc. d. resol. 257. num. 4. in fine. & in praxi aurea resol. 185. Mart. de iurisdic. part. 4. casu 182. num. 4. Barthol. à S. Fausto in thesaur. Relig. lib. 6. quest. 185. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 12. cap. 15. num. 7. Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 52. art. 4. concl. 2. Laurent. de Franchis de controvers. inter Episcop. & Regular. pag. 220. in respons. ad 7. Ego ipse d. alleg. 4. num. 21. & in collect. ad c. vitimum. num. 11. de regular.
- Contra Fr. Emman. Azor. Molin. & Less. quos refert & sequitur Sanch. in praxi Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 29. Hieron. Roder. in quæst. regul. resol. 57. num. 11. existimantes hos minime teneri Episcopo alicui certo obedire, sed tantum instar aliorum clericorum Episcopo subijci in cuius diocesi habitauerint.
- Sed S. Congreg. in decretis impressis de Regularibus apostatis & electis sub die 21. Septembris 1624. statuit vt electi extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarij locorum facultate dictam suspensionem relaxandæ in moderandi.
- Beneficij ratione effici quæ subiectum Episcopi diocesis, in qua illud habet, & posse ab eo ordinari, seu ab alio de eius licentia, quamuis aliàs ei alio modo subditus non sit, tenent Piafec. d. cap. 1. num. 10. vers. ratione beneficij. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 2. cap. 1. q. 5. num. 3. Mari. Anton. var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 28. Campan. in diuersis iuris canon. rub. 9. cap. 8. num. 11. Armentar. in addit. ad recap. legum Nauarre. lib. 1. tit. 18. l. 7. in declar. num. 61. Garc. de benefice part. 2. cap. 4. à num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 258. in 2. edit. Vgolin. d. cap. 26. §. 3. Bonacin. de Sacrament. disp. 8. quest. unica. puncto 4. num. 14. Nouar. in singul. canon. conclus. 102. à nu. 12. Burg. de Paz l. 3. Tauri num. 398. cum seqq. Narbona d. loco num. 204. cum seqq. pag. 420. & seq. Squillante de priuileg. cleric. cap. 4. num. 237. cum seqq. Scip. de Rubens in his apboris. Episcop. ver. Ordo sub num. 18. Thom. Valasc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 5. à num. 26. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 23. vbi num. 15. subdit domicilium comparatum ex beneficio firmi beneficio dimisso, Marchin. d. tract. 1. part. 5. c. 8. per tot. Marcel. Vulpe d. c. 7. num. 27. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. num. 12. habita feliciter illius possessione, ex Garc. d. c. 4. num. 55. Cened. canon. quest. lib. 1. quest. 4. num. 23. Nouar. d. concl. 102. num. 20. D. Acuña vbi supra num. 7. vers. 4. Ego d. alleg. 4. num. 55.
- Ampliatu primò in beneficio etiam exiguo, vt per Hentiq. dicto lib. 10. cap. 22. §. 1. in iuncto commento littera Q. Garc. d. cap. 4. num. 8. Campan. d. rub. 9. c. 8. num. 12. & rub. 8. cap. 5. num. 19. Nouar. d. concl. 102. num. 13. Diana moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 51. Marchin. d. part. 5. cap. 8. num. 14. vbi fecus dicit si beneficium sit tenuissimum, Marcel. Vulpe d. c. num. 27.
- Contra Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. verb. Ordo. Vgolin. d. cap. 26. §. 3. in fine. Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Eccles. resol. 260. & part. 3. decis. 77. Squillante de priuileg. cleric. cap. 4. dub. 18. num. 248. Piafec. loco proxime citato, existimantes ratione beneficij exigui non effici quæ subiectum Episcopo diocesis in qua illud habet.
- Ampliatu secundo etiam in beneficio, quod spectaret ad prouisionem alterius Episcopi, vt per Garc. d. c. 4. num. 15. Campan. d. c. 8. num. 15. metipsum d. alleg. 4. num. 52.
- Ampliatu tertio, etiam si residentiam non requirat, Hentiq. d. c. 22. §. 1. Piafec. d. c. 1. num. 10. vers. secundo. Campan. d. c. 8. num. 2. Nouar. d. concl. 102. num. 14. Thom. Valasc. d. alleg. 5. num. 30. cum seqq. Vgolin. d. c. 26. §. 3. vers. secundo locum habet, Alphons. Narbona d. loco num. 214. pag. 421. Sanch. in opus. moral. lib. 7. c. 1. dub. 23. nu. 7. Marchin. d. tract. 1. part. 5. cap. 8. nu. 3. & 4. Sel. d. cap. 18. num. 29. attestans sic fuisse decium sub die 26. Maij 1594. dum ibi fuit dictum obtinentem beneficium simplex in aliqua diocesi posse ab Episcopo loci beneficij ordinari.
- Contra Marc. Anton. Genuent. in pract. Archiep. Neapol. cap. 48. num. 3. existimantem non posse quem ordinari ab Episcopo loci vbi habet beneficium residentiam non requirens.
- Ampliatu quarto, etiam si beneficium non in titulum sed in commendam maxime perpetuam habeat, Garc. d. cap. 4. num. 10. Nouar. d. concl. 102. num. 15. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 49. num. 2. Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 8. Marchin. d. part. 5. cap. 8. num. 16. Ego ipse d. alleg. 4. num. 50.
- Ampliatu quinto in possidente præsimonium aliquod, Hentiq. d. lib. 10. cap. 22. §. 1. in commento littera H. Campan. d. cap. 8. num. 19. vers. & qui. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol. 258. in fine. Nouar. d. concl. 102. num. 16. Marchin. d. cap. 8. num. 5. Idem dicendum de capellania, quæ est perpetua,

petua, & in titulum collata, Aloyf. Ricc. *part. 2. decis. 190.* Narbona *d. loco num. 215. pag. 42.*

27. Ampliatur textu in habente plura beneficia in diversis diocesis, quia ab vno illarum Antifite promoveri sine dubio posse resoluunt Campan. *d. e. 8. num. 14.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 4. num. 2.* D. Acuña *ad princip. dist. 71. num. 7. in initio.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 17.* Marchin. *d. p. 5. cap. 8. num. 8.* Ego ipse *d. allegat. 4. num. 51.* & notat Nouar. *d. concl. 102. num. 22.* quod per electionem vnius istorum Episcoporum non censetur preclusa via quominus pro alijs Ordinibus possit ordinatus ad alios Episcopos accedere, contra Aloyf. Ricc. *in d. praxi resol. 265.* & Mollif. *in summa Theologie moralis, tract. 2. cap. 1. num. 1.*

28. Regularem promoveri debere ab Episcopo loci ubi dedit, vel ab alio eius accedente assensu, praecedentibus tamen litteris dimissorijs sui Superioris, tenent Nauarr. *conf. 22. de temporibus ordinat. alias conf. 36. in nouis, eod. tit.* Savr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis. 24.* Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 20. num. 2.* Ludou. Miranda *in man. Preglat. tom. 1. quest. 39. art. 2.* Campan. *d. rub. 9. cap. 3. & rub. 12. cap. 13. & num. 33.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 4. num. 36.* Homobon. *de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 2. cap. 1. q. 2. in fine.* Portel. *in dub. regular. verb. Ordines sacri num. 2.* Lezana *in summ. quest. Regul. cap. 14. num. 2.* Nouar. *in singul. canon. concl. 104.* Hieron. Koder. *in compend. quest. regul. resolut. 106. num. 15.* Ego ipse *d. alleg. 4. a num. 60. cum seqq.*

29. Illum, qui non longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animum perpetuo in eo permanendi, posse ab illius Antifite, aut eius accedente consensu ab alio ordinari tenent Nauarr. *conf. 10. in antiq. alias conf. 2.* *in nouis de temporibus ordinat.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resol. 263.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 49.* Bonacin. *d. puncto 4. num. 4. cum seqq.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 2.* Homobon. *de Bonis d. tract. 2. cap. 1. q. 5. num. 2.* Nald. *in summa verb. Ordo, num. 10.* Campan. *d. rub. 9. cap. 8. num. 18.* Cened. *canon. quest. lib. 1. q. 28. num. 38.* Alphonsi Narbona *ad l. 20. gloss. 2. num. 6. cum seqq. tit. 1. lib. 4. noua Recop. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 5. c. 7.* Mollif. *in summa Theolog. moral. tract. 2. cap. 2. num. 6.* Fagundez. *in quinq. Eccles. precepta lib. 1. cap. 8. num. 12.* Ego ipse *d. alleg. 4. num. 26.* Vbi enim constat de voluntate, tunc eo ipso abique lapsu temporis acquirit domicilium, siue incolatus, probant Sim. de Pratis *confil. 119. num. 8. lib. 1. Rot. decis. 150. num. 7. p. 2. diuers. & decis. 188. num. 3. part. 2. recent. & in his terminis Paul. Laymann in Theolog. moralis tract. 9. cap. 9. de sacrament. Ordinis num. 10.* Squillante *de privileg. clericor. cap. 4. num. 23.* Si vero non constet, & firmus in dubio, tunc animum perpetuo ibi permanendi praesumi, si assidua probetur habitatio in aliquo loco non minori temporis decennij, resoluunt Mascard. *de probat. conclus. 534. num. 7.* Piaftec. *in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 9. vers. vel sui.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 263. num. 2.* Bonacin. *d. puncto 4. num. 12.* Campan. *d. nu. 18. vers. quod si.* Menoch. *de arbit. casu 86. num. 13.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 2. num. 2.* Narbona *citato loco num. 68.* Marchin. *d. cap. 7. num. 3.* Ego ipse *d. alleg. 4. num. 28. vbi num. 41. assero in domicilio mutando Episcopi originarij licentiam non requiri, sed ordinandum debere portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam, ac natalitia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translarum, & illic habitatio continuata vsque ad tempus promotionis.*

30. Episcopum posse infra annum probationis ordinare nouitum alibi natum, si tamen in eius diocesi moretur, & probationem faciat, tenent Campan. *d. rub. 9. cap. 3. nu. 3.* Aloyf. Ricc. *d. decis. 118. num. 6. part. 4.* Lezana *in summ. quest. Regul. e. 24. num. 6.* Ego ipse *d. alleg. 4. num. 62. & 63.*

31. Si secus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum & Suspensionem à collatione Ordinum per annum incurrere Episcopum ordinantem etiam in propria diocesi non proprium subditum, licet is accedat cum litteris dimissorijs, vel praxi alicuius generalis, vel specialis recepti, vel privilegij, si careat testimonio sui Or-

dinarij, quo eius probitas, ac mores commendentur, afferunt Soar. *tom. 5. de censur. disput. 31. sect. 5.* Cardin. Tolet. *in instruct. sacerdot. lib. 1. cap. 48. nu. 4.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 12. num. 13.* Alter. *cod. tract. com. 2. disput. 16. cap. 1. col. 3. dub. 2.* Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari, disput. 2. quest. 2. puncto 7.* Multos casus in quibus excusatur ordinans ab hac censura, post Soar. prosequitur Valer. Reginald. *d. lib. 32. tract. 2. num. 69. vers. sicut autem, in fine.* Vbi dicit excusationem dandam quando vnus Episcopus ordinat subditum alterius sub spe rationabili rati habitationis.

Vnde Episcopum ex ignorantia probabili subditum alterius sine proprij licentia ordinantem suspensionem non incurrere, resoluunt Nauarr. *conf. 40. in nouis sub tit. de tempor. ordin. Sayr. sub eod. tit. decis. 62.* Vgolin. *de officio Episcopi cap. 26. §. 22. nu. 2.* Aloyf. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccles. dec. 297. in 1. edit. alias resol. 356. num. 4. in 2. edit.*

33. Conferentem Ordines, vel Tonsuram Ultramontano absque litteris dimissorijs non approbatis à Nuncijs, seu Collectoribus illarum partium, illique approbatis in Vrbe à Vicario Papae generaliter suspendi per annum à Pontificalibus, ipsos vero ordinatos perpetuam suspensionem incurrere, statuit S. D. N. Urbanus VIII. *constit. sua incip. Secretis, sub dat. 11. Decembris 1624.* cuius meminit Bonacin. *d. puncto 7. in fine.*

34. Regulares non comprehendi generali decreto de Ordine Sanctissimi edito, quo olim praecipiebatur vt Ultramontanis absque sanctionis suae, vel S. Congregationis licentia Ordines non cõferantur, asserit Sel. *d. c. 18. nu. 30.* attestans sic fuisse decifum per S. Congr. Episcop. & Regul. *in Neapolitana 30. Decembris 1617.* quia in Ordinibus generalibus non comprehenduntur Regulares, nisi specialiter nominentur. Nec per idem decretum, sublatum censetur privilegium Archiepiscopis, & Episcopis per Concil. Trident. quoad eorum familiares cõcessum, similiter dicit Sel. *d. loco,* vbi refert ita decidisse eandem S. Congr. *in Caterana 2. Ianuarij 1618.*

35. Et ordinatur à susceptorum Ordinum executione, &c.] Vide Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 26. littera E.* Cutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num. 24.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verb. dimissorijs.* Flamin. *Parl. de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. nu. 89.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 3. cap. 8. nu. 3.* Cened. *pract. lib. 1. quest. 38. a num. 4.* Egid. *de ConincK de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 15. dub. 5. num. 35.* Valer. Reginald. *in praxi fori parit. lib. 32. tract. 2. num. 69.* Bonacin. *de censuris disp. 3. quest. 6. puncto 5. num. 27. metupum d. p. 2. alleg. 17. a num. 9.*

36. Vtrum autem suspensus iuxta Bullam Pij II. incip. *Cum ex sacrorum,* possit ab Episcopo dispensari? vide Aloyf. Ricc. *in dec. Curia Archiep. Neapol. dec. 93. part. 4. vbi dec. 90. querit, & disserit, an in penas dictae Bullae incidat qui ignoranter prohibita in illa egit.*

37. Non comprehendere dictam Bullam minoribus Ordinibus insignitos resoluunt Henric. *d. lib. 10. cap. 12. §. 2. in commento littera M.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. dimissoria.* Bonacin. *de suspensionibus omnibus in particulari disput. 3. q. 1. puncto 11. num. 17.* Cardin. Tolet. *d. lib. 1. cap. 49. num. 5.* Campan. *d. rub. 6. cap. 2. num. 21.* Bonacin. *de censur. extra Bul. disp. 3. q. 1. puncto 11. num. 17.* Ego ipse *d. alleg. 8. nu. 11.*

38. *Quandiu proprio Ordinario, &c.]* Idest, quando suo placuerit Ordinario, vel futuro successori, Suar. *d. disput. 31. sect. 1. num. 20.* Petr. de Ledefina *in summ. vbi de sacrament. Ordin. cap. 8. concl. 3.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccles. cap. 8. num. 1.* Clarin. *controu. ferenf. lib. 1. cap. 46. num. 27.* Et sic ad hoc vt talis fiat capax, & possit beneficium retinere, sufficit rati habitio proprij Episcopi, Maiol. *de irregular. lib. 1. c. 10. num. 1.* Bonacin. *de Sacram. disp. 8. quest. unica puncto 4. num. 15.* Clarin. *d. lib. 1. c. 46. num. 26.* Clericum Ultramontanum absque litteris dimissorijs sui Ordinarij ab Episcopo Italiae ad Ordines promotum non posse ab eodem Ordinario absolui, tenent Sel. *d. c. 18. num. 31.* attestans sic fuisse decifum *sub die 9. Septemb. 1623.*